Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mel

127

ad quam dederat pri tuo unusq; ppli tribus et lingue timebant
et metuebant eum. Quos volebat percutiebat et quos volebat humiliabat. Qui
autem elevatus est cor eius et spus illius obfirmatus est ad superbiam
de postus est de solio regni sui et gloria eius ablata est. et a filiis
hom eiectus est sed et cor eius cum bestiis positum est et cum onagris
erat habitatio eius fenum quasi ut boves comedebat et rore celi corpus
eius infectum est donec cognoscerent quia potestatem habet altissimus in regno
suo hominum et quicumq; voluerit sustabit super illum. Tu quoq;
filius eius balthasar non humiliasti cor tuum cum sceres hec omia. sed
adversus dominum celi elevatus es. et vasa domus eius allata
sunt coram te et tu et optimates tui et uxores tue et concubine
vinum bibistis in eis deos argenteos et aureos ferreos
lignoseq; et lapideos qui non vident nec audiunt nec sentiunt lau
dasti porro deum qui habet flatum tuum in manu sua et omnes vias
tuas non glorificasti Darro ab eo missus est a facie manus
quam scripsit hoc quod exaratum est hic est autem sententia quam digesta est. Ma
ne thecel phares Et hec est interpretatio sermonis. Mane nu
meravit deus regnum tuum. et complevit illud. Thecel Appen
sum in statera et inventum est minus habens. Phares. diuisum est
regnum tuum et datum est medis et persis Tunc iubente rege induc
tus est daniel purpura et circumdatum est torques aureus collo eius
et prediatum est de eo quia tertius in regno eius Eadem
nocte interfectus est Balthasar rex Chaldeus. et darius
medus suscepit regnum annos natus lxij

LVII

Placuit Dario et constituit super regnum suum satrapas. Centum
viginta ut essent in toto regno suo et super eos principes tres
ex quibus daniel unus erat ut satrape illis redderent rationem
et rex non sustineret molestiam Igitur daniel superabat omnes
principes et satrapas. quia spus dei amplior erat in eo. Porro rex cogi
tabat. constituere eum super omne regnum Unde principes et satrape
quebant occasionem ut invenirent danieli ex lege regis nullamq;
culpam et suspicionem reperire poterant eo quia fidelis esset. et
omnis culpa et suspicio non inveniretur in eo Dixerunt ergo viri illi
Non invenimus danieli huic aliquam occasionem nisi forte in lege dei sui

visio dani cap vij